

neque in foro invenit sicut hora tertia, sed stantes: & otiosos appellat sic manentes; quia stare stando idem est, ac esse otiosos & vagabundos publico in foro. *Hi novissimi Apostoli sunt*, ut dicit Hieronymus cum alijs hic; & Christus profert: *Quid hic statis tota die otiosi?* Perpende, *Hic*. Ubi in Christi societate, in consortio preceptoris, in schola virtutis. Alibi excusarentur: hic verò excusationem non habent de peccato suo: si quidem magistrum vocant vocentem, & labori non parentem. Vocat ad opus, & sicut operarij comploris manibus, & compressis: in aula virtutis, ubi semper plus & plus; dedecus est sic stare, & potius hic. Ad operandum stabant, sed stabant sine operatione. Stantes exhibebant semetipsos sicut Dei ministros: sine operatione prorsum otiosos. Votum sine operatione sit futile: & sic stando ad opus dicuntur otiosi, quia sic erant cum Christo in Sacro Collegio, sicut non vocati conversabantur in foro.

Hier.

Otiositas est esse in Monasterio, sicut secularis in foro.

Verf. 3

Qui surgere intendit non otiosus fit, nisi tunc exultet virtutis.

Quomodo est otiosus? Verf. 7.

Mercedi copiose respondet laboris.

Iud. vi 19.

to Veritas ex contextu micat. Exit Patrum familias circa horam tertiam, & videt alios stantes in foro otiosos. Nota, *Alios otiosos in foro*. Qui sunt qui non in foro & otiosi; ut qui in foro sunt dicuntur alij? Ad novissimos relatio ducitur. Fallor? Minime. Apostoli novissimi sunt, qui una hora debent agere, quicquid alij tota die: qui ad consequantur perfectionis cacumen, amplioribus exercitijs sequi debent perfectionem: & alij dicuntur otiosi in schola virtutis, dum non student virtutum creditarum nitoris; quia sicut illi otiosi in foro, nihil agendo; ita & isti vel vocati sic stando.

Vel ad primos verte, nec improprè. Verum quare? Ne otiosi in vinea, primo mane conducti? Ita. Aliter novissimi (quod illi) haud fecissent una hora: & dicuntur otiosi etiam qui erant in vinea; quippe stabant ibi stando, sicut illi qui stabant otiosi in foro. *Nemo nos induxit*, responderunt novissimi. Causa frigida. *Hic* dicitur. Hic inveniuntur cum Christo, non in saeculo. Ideo obiurgantur. *Quid hic statis?* Vel hic non esse, vel laborare. Operarij estis & novissimi. Redimere tempus necesse est. Haud alia de causa hic, Faciat hic virtus, quod extra mercede conducti ad opus. Merces vestra copiosa in caelis: respondeat ergo mercedi labor consecutionis. *Quid hic statis?* Si statis, quomodo hic?

11 Hos ergo desideras, & pigros in vocatione qua vocati, taxat Iudas Zelotes definitione. *Hi sunt* (ait) *qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes*. Aptè spiritus negatur his, qui segregant semetipsos: igitur in coetu ubi sequenda communitas; non bene coherent spiritus & singularitas. Spiritus

ubi vult spirare, sed nescis unde veniat, aut quò vadat. Singularitas specie religionis ita spirat ubi vult, sed scitur quò vadit, & unde venit: procedit à vanitate, in arrogantiam ruit: igitur philautico studio videtur & alios despici, & sibi blandiri. Sanè ostenduntur quasi castigati, & non mortificati; quasi ignoti, sed cogniti; quasi tristes, semper autem gaudentes; quasi veraces, & semper sunt seductores. Singularitas patiens est, benigna est, sed quaerit quæ sua sunt. Vide *Tautolog. 6. Didasc. 7.* Ideo affecti huiusmodi toxico, segregant semetipsos: siquidem licet exterminent facies suas, ut appareant & non amplius, & luceat lucerna sine oleo, coram hominibus; secundum desideria ambulant in impietatibus. Ambulant, *si segregant semetipsos*. Haud placet iugum ducere, dum removentur à grege. *Segregant*. Alij apud Lorinum & Alapide, *Exterminant semetipsos*. Utrique Extremum malum. Nullum aliud exciditur in animamquam singularitas & voluntas propria.

Singularitas ista non statum perfectionis.

Voluntas propria in Monasterio exterminum malum.

Lamentabile est seculare in habitu Religio.

12 *Animales dicuntur*. At tantum animales? Acceperunt enim animam rationis capacem, sed numquam operantur iuxta rationem: & mirum non est, quod negetur essentia, ubi non patet natura. De hominibus Iudas loquitur, & vocat homines solummodo animales. Animal profectò includitur in hominis constitutione, & simul cum ratione sigillatim in specie. Homo discretè definitur differentia rationis: cur igitur modò exprimitur characterè communi animalitatis? Signat Iudas homines rationis vacuos, qui voluptuose segregant semetipsos, conversantes in claustrò, uti otiantur in saeculo. Animales, saeculares sunt: rationales, Religiosi. Ut progrediantur ultra, inest his rationis & status differentia, quia opera animalis sunt communia: & dicuntur tantum animales; quippe quam operatione conveniunt, in his quibus feliciter differunt. Animal & sentit, & vivit, sed ea quæ sunt spiritus minime percipit. Ratio percipit, quia examinator spiritaliter: ac animalia dicuntur iurè desideria Monachi, licet floreat rationalitate; siquidem quæcunque naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur, Corruptur ratio, dum abdicatur differentia perfectionis; ac differentia hominum patet communitas animalium; quoniam in propudium perfectionis, in exterminium virtutis, haud aliter vivunt in Monasterio, ac Saeculares in habitu Religioso.

13 In monte Domini huiusmodi stoliditas? Hem! Et plorat ubi supra Bernardus, & amentes revocat. Videas saecularium speculum fieri, & fieri saeculares. Gloriosa boat comitatus, affectio, & aliquando profana profu-

Bernard

fuho, scurrilitas, vaniloquium, & assentatio. Videas (si tamen lachrymis videre quiveris) Monachos prævidentes otiose futura, disponentes præsentia, in virtutibus insensatos, in futilibus argutos, pulchellos, sciolos, industria fastidiosos, tenerimos, delicatulos, etiam ineptias superiorum celebrantes, nanijs manibus plaudentes, subridentes ad quælibet vanitatis, prudentiores filijs lucis. Supervacua alta mente reponuntur in corde, & custodiuntur superiori clave: sed quò minus saeculares se credunt, eò miserrimè deteriores fiunt. In choro balbi, in foro facundi, in Monasterio muta animantia, & extra laxantur ora. Cur ita?

Stultitia Monachorum saecularia qualitas

Ubi supra. Non habet Monachus

Sei opera vivit

Mortis spiritum, imperfectionem ultra non posse movere gressum

Iudas vi 19.

Loria

*Superadificantes vosmetipsos*. Non claret contrapositio adæquata. Si illi sese destruant, quia non habent spiritum; qui habuerint, adificentur: cur igitur imponitur non edificatio, sed superadificatio? Quia in statu perfectionis debet rutilare perfectio: & nullo modo claret, nisi sit super. Adificatio fit legibus impletis in saecularibus: in Monachis, exercitijs additis legibus; & dicitur meditanter *superadificentur*: quoniam nisi super, nequaquam adificantur. Quo fastigium construendæ fabricæ, quam molimur? Quò perventurum est cacumen adificij?

Cur in Monachis perfectio dicitur superadificatio?

16 Dicit S. Doctor Doctorum, & Oraculum Dei Patriarcha N. Benedictus, omnium iustorum spiritu plenus. *Non velle* (ait cap. 4. S. Regul. infrum. 61.) *aiti sanctum, antequam sit*. Quid est hoc? Quando hac erunt? Vel Ethnicus lib. 3. *Metamorph. Fabul. 2. dicit*:

S. Beda

Ovid.

*Sic licet ultima semper Exspectanda dies homini est: dicitque beatus. Ante obitum nemo, supremaque funera debet. Quo pacto potest velle sanctus dicitur ignorat, an odio sit dignus vel amore? Non quit sanctus dicit, antequam sit: designavit sanè mors: in morte non potest velle. Quid igitur commendat in huiusmodi instructione? Semper fursum ascendere. Nemo in monasterio sanctus, nisi perfectus: sine annu in perfectionem, non erit sanctus: & cavet Monachum sanctum dicit, antequam sit; ut comprobet perfectionem ipsa mors: siquidem ut perfectionis consequatur cacumen, ascendendum usque ad mortem. Si præ radio refugit, sedebit in via. Si lassus sedet, sedendo iacet. Proficiscere, ut proficias. Surge, ne iaceas. Ne vita moriaris, ut in morte vivas. Hac obiter, quia nobis de huiusmodi instituto gravis & grandis sermo Tom. 5. Tautolog. 2. ad illud *Psalm. 22 v. 6. Eumes ibant. Os meum patet ad vos, o Monachi!* Huiusmodi tepor frigiditas est: signum infirmitatis; quia iacere in domo Domini paralyticis. Male ergo iacendo torquibimur. Gradatim de virtute in virtutem ascendendum est, ut videatur Deus Deorum in Sion. Surgite, eamus.*

Et eius consequatur cacumen deterrandi usque ad mortem.

DIDASCALIA X.

Quod regitur, maius creditur esse malum.

1 **H**Aud mimice, ut solet, loquitur M. V. Marcialis lib. 3. *Epigram. 42.* Tetterimum est, dum serpit per vicera virus. Saepe contegitur oculis immedicabile vulnus.

M. Val. Marc.

15 *Hi sunt* (inht) *qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem obvissimi* (subdit) *superadificantes vosmetipsos*. Loquitur Zelotes de hominibus perfectioris status, ut observat Lorinus; sed perpende. Qui spiritum non habent; segregant, seu exterminant, aut destruant semetipsos. Vos autem qui spiritum habetis, quid? Tom. I. Taut.

Facies utique ridet, ubi aconitum fortiter præcordia torquet; & profectò inmedicabile, cum ridetur: irreparabile prorsùm, ubi despicitur. In corde quod spiraculi sedes, pus lethale. Finitur, aut finiet: finiet occultum, finietur apertum. Ut Ezechias salutis restituar, cataplasma fîcorum ulceri imponitur. Miraculosa (uti ad lumina lutum) quippe operationi contraria, prædicatur à Vallefio Sacri. quippe fîcorum malagma potius deserviebat ad ulceris extensionem, quam ad optatam vulneri cicatricem. Quod in vulnere corporis miraculosum, in ulceribus animæ arbitror necessarium. Vomica sanatur, dum aperitur: & splenium fîcorum, quo ulcus, super ulcera apponitur; quoniam in simplici manifestatione vulnere, vertitur prorsùm medicina dolorum. Unde Ovvenus.

*Integra Casusido narranda est causa perito, Et Médico morbus, crimina Theologo. Cui vis fortunas, animam, corpusque tueri, His tribus in vita dissimulato nihil.*

2 Si apostema culpa est (igitur sanie cor lethaliter tabet) & cõfessio medicina, ut salvemini, contestemini alterutrum peccata vestra. De Achille teo fîctum à Poëtis, in illo inesse ita virtutem medicaminis, ut secundo vulnere lanaret, quem semel percussisset. Quod obiter Ovidius memorat lib. 11. de Remed. Amor. v. 47. & Nos Tautolog. 5. Didasc. 11. num. 4.

Habet in nobis Fabula fîcta locum. Bona sunt vicina malis. Ictu geminato coram patebat vulnus, quod latebat in visceribus: expectaturque pro salute vulnere iteratum tormentum; quia quod tegitur malus creditur esse malum. Nota stylum Ss. Confessoris Monachorum Patris & ducis Benedicti cap. 4. Regul. Sancti. Instrum. 50. & 51. Cogitationes malas (instruit Monachum) cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere: & seniori spiritali patefacere. Patefacere. Apposite: brevi verbo expressit medicinam vulnere, quæ latent in abditis cordium: Salutis consulendum est. Quid, ne noceant? Patefiant.

*Non prius in dulcem declinet lumina somnum, Omnia quin longi reputaverit acta diei. Quò prætergressus? Quid gestum in tempore, quid non?*

Bene in examen, sed ore confessio fit ad salutem. Patefaciat vulnere, dum intendit medicanda: siquidem manifestatio vulnere vulneribus præsentium medicamentum: & dum tegitur ulcus intra præcordia, desperat medicina. Cum officium clavium sit claudere & aperire; mirum est, quod Ecclesia sit ligare & etiam solvere. Tibi dabo (dicitur Petro) claves regni caelorum: & quodcumque ligaveris

super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Videtur improprium officio clavium; & patet quam apte in confessione vulnere: siquidem clausa ligabuntur in mortem, & aperta solventur in medicamen, ac per pœnitentiam in aeternam salutem.

3 Iam ergo micat mysterium in expositione inanitatis telluris, & glabræ in compositionis. Vocant Versiones (ut vidimus) invisibilem, & incompertam; cum creasset Deus in principio cœlum & terram. Monstrum erat, & horribile. Verùm perpende. In principio cœlum, & terram condidit ex nihilo Dominus. Cœlum erat inornatum, sine infertatione tellus. Non illud fulgebant clavibus aureis astrorum, ac pulcherrimo splendore stellarum, sed inconcinne prorsùm & sine lege. Quomodo si invenitulum, non vocatur terre adinftar inane? Terra igitur dicitur vacua & inanis, quia sine pulchritudine rudis: nec herba tunc virebat, nec flosculus coruscabat; quippe celestis agricola necdum in illius visceribus multitudine invertebat pulchritudinem, qua eliminaret è vasto corpore omnimodam ruditatem. Si hæc inanis & vacua, quia incomptè condita, & expert cultuum; cur non dicitur vacuum & incompertum, in cultum cœlum?

4 Quantumvis unus esset naturæ vultus in orbe, siquidem cœlum & terra inclusa in mole pergrandi; cœlum superius collocandum, quoniam Superioris symbolum: & licet inornatum, meditatio non exprimitur; ne in statu superiore defectus inferioris objiceretur. Perlatorum erat emblemata insigne, adhuc in illa rustica vastitate; & vel sine ornata incompertum non dicitur cœlum; quia dedecus, quod etiam perlati signum aliquando notaretur incompertum. Cœlum & terra involuta simul in horribili glomere, haud distingui involucris aquarum poterant specificæ: sed terræ effunditur coram vacuitatis oblectio, secus verò cœlo incompertò & vacuo, Privilegium Superiorum est non dabitur alteri. Omnia enim illorum estò vacua, ornatiissima; dum Superiores elavantur a terra. Quid ista? Plaudite. Excusationem enim iam habet ambitus: attamen præcludatur introitus. Ius est Superioris increpare inferiorum levissimam maculam, & opportune vel umbram: & cœlum, in corruptum merito primatum habet; quippe qui carpit mores, labe carere debet: siquidem invitè ad inferioribus audietur sublunariibus; qui extollitur supra incompertis moribus. Liqueat enim in cœlo exemplar sublatorum in superius throni caducum. Unà cum terra in undarum circulo clauditur;

Aperiantur vulnere in salutem per confessionem

Bibl. Maxim.

Genes. 1. 2. Cur terra dicitur vacua, & non cœlum?

Superior sine defectu vel ante constitutionem.

Omnia est vacua, in perlatis pulcherrima.

Qui carpit mores, expers sit laus.

tur; sed supra elatum, purum, diaphanum undique circumspicitur. Quicumque experts in corruptionis, ius habet in thronum superioris maiestatis.

5 Haud cœlum licet ita, signatur vacuum, sicut terra omnino vacua. Hæc inops, cœlum superius. Rore cœli terra pinguefcit & floret: si cœlum ferreum, arefcit. Oportet mundum istum superioribus lationibus contiguum esse, ut inde vis eius univèsa regatur: & terra dicitur inanis & vacua, non verò cœlum; quia sane propodium, inopi superiorem exhibere se vacuum. Quantumlibet lateret utrumque indifferetum in aquis; cœli nobilitas perspicuè eminebat in undis. Qua lege vacuum coram telluris turpi deformitate, quod adhuc in cunabulis florebat amabili pulchritudine? Fallax ne in superioribus gratia? Vana forsàn pulchritudo? Cœlum pulchrum fursùm extollitur. Præstantissima forma digna est imperio.

6 Minimè progrediamur ultra, quippe lateret allegoria undecunq; pulcherrima. Per cœlum intelligitur Angelus, per terram Homo. Vide Augustinum lib. 12. Confess. cap. 7.

7. Esto igitur. Verùm cur lapsus describitur in vacuitate mortalis, & subteritur inanis Luciferi desertoris: Et homo offendit, & angelus ruit. Cœlum enim corruptum per angelum, sicut terra per hominem. Dedeore criminum incompertita terra, & incompertum cœlum. Angelus cecidit, sed pervicax non furrexit à malo. Ruit etiam faucibus noxæ cuspidè, cæterum furrexit homo: & ruinam hominis textus exprimit, & consultò lapsus Angeli silet; quippe silendum, quod medicina caret. Quod mors in homine, hoc fuit in Angelo casus, asserit D. Thomas 1. p. q. 64. ex Damasc. lib. 2. de Fid. Ortod. cap. 4. atque casus Angelorum prætermittitur, dum mors homini per peccatum denunciatur; quia mors morte Domini aliquando destruenda, & ruina hominis omnimodò reparanda. Terra in primordijs signatur invisibilis & horridum quoddam: id est, quæ sine horrore videri nequibat. Ecce homo. Summergebatur, iacebat in malis, vel etiamolvebatur, & de malis in mala, ut essent prioribus peiora novissima, præcipitabatur totius humani generis massa damnata, aquis transgressionis usque ad animam compluta. Bono animo simus. Assumptioe Domini apparebit florida, quæ fuerat arida. Infractuosa erat illotunc, verum colenda. Inutilis infamatur. Si nota reparanda, non inutilis.

D. Th. Ioann. Dam.

Terra humana se ruit non infractuosa, quia reparanda.

7 Super pedes fîciles condiderat Dominus statuum sublimem & grandem, primum hominem. Caput eius aurum optimum; &

quod deorsùm, licet impar, præstabile tamen propter munus excellentiam, & gratiarum multiingam copiam. Appetitum rationi, ratio Deo micabat subiecta: unde spectabilis statua, quia viva; & Dei desilium, quia grata. Operis sui auctor concepit amorem; ac in vestitu gratiæ aureo dotum circumfudit varietatem. O Divina charitas! Proh humana fragilitas! Achillis instar cæditur pede: igitur præcisso saxo sine manibus de monte (Satana scilicet, de cœlo cadente) istu valido statuum percussit, cuius sublimitas simul cum lapide corruit. Dum inimicus crevit in montem livoris magnum, contrita sunt pariter ferrum, aurum, & argentum: siquidem extra terram statua ex terra mirificè educitur, & in pulverem suum malignitate revertitur. Fige pedem. Ad quid igitur statua: ruina describitur, & lapidis casus uti casus non exponitur? Statua terrea homo fuit, prætergressionè cecidit. Lapis sine manibus dæmon, sine suggestionè ruit: ruinaque non ostenditur dæmonis, sed tantum hominis; quoniam licet statua uti terrea, comminuta, aurificè novo aliquando reparanda.

Patet quidem. Fecit (subdit textus) Rex statuum auream. Ex Genes. 2. 7. constat, luteam. Formatus igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Si terra, vel terrea, quomodo aurea: Consolidata sunt bases. Auctor congregavit dispersiones: & prominet spectabilis auro, quæ iacebat in luto copiosius; quia qui creatione fecerat luteam, redemptione formaturus erat auream: & ita pretioso sanguine solidam, ut vel fractor antiquam ignoraret consuram.

Iam ergo suppetit quaestioni curiosæ solutio. Cur humana natura in Protoplasto dicitur statua, cuius caput aurum optimum fîcilibus pedibus; & post quæ lutea ex toto, aurea simifissimis basibus? Perpende. Lutum quantumvis leve super aurum consistit. Aurum super lutum, id licet pretioso pondere, premitac in luto instabili superponitur aurea machina fragilitatis; ut consistet conspicuè excessus restauracionis: siquidem dum aurum ruina conteritur quasi lutum; lutum restauracione solidatur tanquam aurum.

8 Ierusalem, quæ ædificatur ut civitas, pingitur à Ioanne peniculo mysterioso subliore. Vidit enim quod oculus non vidit, nec auris audivit. Structura (ait) muri eius ex lapide: iaspide: ipsa verò civitas aurea mundum simile vitro mundo. Hypotiposis pulchra Aurum simile vitro. Vitrum constat (si constat) delicatum: leviter frangitur. Aurum uti solidum, difficile comminuitur. Si à firmitate commendatur pulchra civitatis perfectio,

Daniel. 2. 34

Describitur hominis ruina, quia restituar. 44.

Dan. 9. 1. Gen. 2. 7. Terra humana in aurum sanguine Christi convertsa.

Apocal. 21. 18.

4. Reg. 20. 7.

Franc. Vallef. Deus contrarij, medetur.

Ovven.

Confessio necessaria ad salutem.

Lancea Achillis virtus.

Malum occultum lethalè.

S. Ben.

Ore confessio fit ad salutem.

Math. 16. 19.

In Caelo  
Angeli  
natura  
aurea  
fada est  
viresca.

Etio, quia condicione in illa aurum tanquam vitrum? Aurum significat Angelum: vitrum verò conditionem hominum. In terra vitrea natura deliquit: Angelus in caelo cecidit: & in caelo simile vitru exponitur solidissimum aurum: quia inflatum vento superbia contritum est quasi vitrum.

Magistr.  
dent.

Originem fragilitatis auri perferentemur. Sententia ferè omnium PP. & Theologorum cum Magistro in 2. Sent. Distinct. 6. & 22. tener, & Angeli, & Hominis offendiculum fuisse superbiam, & cogitationem stultissimam auidiam. Cecidit Lucifer, qui quidem aurum primum & nobile. Nutavit homo, uti vitrum instabile. Illius magnitudo deprimenda, huius verò contritio restauranda. Cecidit Luciferi sed quomodo cecidit? Vidit in imagine assumptam humanitatem à Verbo aspice, ac decoratam divina hypostaseos spinthere; postliminio mirifice instaurata: quicquid frangeretur istu originalis noxae. Vidit vitrum, non ut vitrum; sed ut aurum. Vidit etiam hypostaseos illustratione solidum: igitur ad reparandum genus humanum, iuxta commune consilium, usque ad formam fervilem inclinavit incommutabilem Deitatem: & ita Lucifer intumuit à fletu, reparato hominis vel in imagine lapsu; ut natura condita ab auctore tanquam aurum, contrita statu frangeretur quasi vitrum.

Flata  
quasi  
vitru  
cre  
puit.

9 Perpende Simile. Uterque lapsus, Angelus & homo: sed non dicitur vitrum vel aurum, sed aurum simile vitru. In quo simile? Vitrum conteritur; sed non reficitur: liquet igne; sed illo caret, qui sedet in aquilone. Unde quod conteritur, conteritur: & Angelus similis vitru, si semel frangitur, frangitur: si semel moritur, moritur. Vid. Zachar. 11. v. 9. Vitrum ergo simile auro, & aurum renidet simile vitru: siquidem Angeli, qui uti aurum fulserant in urbe celestis & pulchra; reputati sunt in vasa testea: & cum livore defertorum homo rutilavit instar auri, qui opus erat manuum figuli. Non Angelos Deus apprehendit, sed semen Abrahæ. Uterque ingratus, ambitiosus, inverecundus: at uterque non projicitur; cum vitrum fragile, ut solidetur aliquando, proiectum non abijciatur, & aurum primum barathro ignivomo referretur. Natura Angeli caperata frontis est, duræ cervicis. In casu perditur opus. Conditio hominis, materia fragilis, verum flexibilis. In lapsu medicabile vulnus, & reservatur adhuc ex gravissima ruina: quia aliquando restauranda.

Cur An-  
gelus de-  
fertor vi-  
tro com-  
paratur?

10 Pridem (quod sub Philippi IV. tempus inventum etiam, auctori excogitatus est modus, quo flexibile fieret vitrum, ac docile solidaretur ut aurum. Repertum imperio Ti-

Non de  
spicere-  
dum me-  
dicabile  
malum.

berij, refert Plinius lib. 36. Hist. Natur. cap. 26. & etiam Cælius Rhodiginus lib. 20. cap. 30. ubi narrat, quemdam coram Tiberio de industria poculum vitreum allisum, ostendisse illis: quapropter ne vilesceret metalla ob vitri docilitatem insolitam, iussit everti & funditus officinam. Exploratur causa: quam aliqui arbitrantur sanguinem hædi, quo vel adamas frangitur. Alij autumant lanni vermiculi cruorem, quo ferrum flectitur. Sanguinem omnes signant, sed qualem in vitrea hominis condicione libitò ignorant. Ergo sciunt. Sanguis hic Novi Testamenti est. Sanguis hic sanguis restauratoris: igitur caput draconis ferreum, & adamantinum sanguine Redemptoris contritum; & vitrum humane imbecillitatis flexibile factum. In caelo visa auri firmitas cum fortitudine fragilis. In paradiso argilla humanitatis uti argilla leviter futilis. In caelo aurum tanquam vitrum: modo vitrum tanquam aurum: quia homo (Christi sanguine instaurata ruina) in cælestibus rutilat gemma pretiosa.

Vitrum  
flexibile.

11 Pro morum instructione obiter nota, portas huius civitatis signari in margaritis. Duodecim porte (ait) duodecim margarite sunt per singulas: & singula porte erant ex singulis margaritis. Proprietas in margarita inquirenda, ut conset qua via aperitur caeli porta. In aqua (notat Plinius lib. 9. cap. 35.) mollis unio, exemptus protinus durefcit: & aurum corpus solidum esse manifestum est, quòd nullo lapsu franguntur. Portentur in descriptione humana conditio, postquam emersa è mari noxae originalis magno: seu postquam per Assertorem Christum, patulum circumspicitur cælum. In mari culpæ, in aqua transgressions conditio futilis, modò percellit animum expositio novitatis: siquidem novum, quòd corpus margaritarum sit solidum, cum pridem pulchrioris frangerentur ut vitrum. Negotiator cui simile cælum, querit bonas margaritas. Unde cognoscitur bona? Ex corporis soliditate. Inde pretiosa. Quapropter Regnum caelorum simile margaritis, ex quibus pulchra constant porte caelestes; quia si homines aliquo lapsu franguntur; nullatenus ingredientur: amittunt enim ultrò pretiosissimam pulchritudinem; quam acceperant amittentes soliditatem. Proposito ergo.

12 In manu Domini, qui caelestia simul & terrena moderatur, visa est Trulla cementariorum. Sic Omnipotens adificans civitatem tendit funiculum in dissipationibus; quia ipsius habitaculum cum hominibus. Aliqui pro Trulla legunt, Cryfallus; ut vidimus hic Didasc. 4. m. 12. Alij, Adamas apud Haye in Bibl.

Plin. Coel. Rhod.

Plin. Coel. Rhod.

Ianus verniculus quatuor

Sanguine Christi constant natura humana.

Incarnatione gemitus gemma pretiosa.

Apocal. 21. 11.

Plin.

Qualis gemmat

Math. 13. 45.

amittitur infra soliditate pretiositas ubi admittitur icquitat.

Amos 7. 7.

Hay, Ma.

Alapid. Sancti.

Homo qui prius fragilis crystallus, modo adamas solidus.

Exod. 38. 8.

Ibid. 1. 2.

Cur homo plusquam homo?

Ierem. 4. 25.

Apoc. 21. 1.

Deipara terra nova sine labe concepta.

Amos 7. 7.

Hay, Ma.

Maxim. Cornel. Alapide, & Gasp. Sanctum hic. Hypomnema singulare! Quanam enim & in luto affinitas inter crystallum, & adamantem? Nullam arbitror præter splendorem. Cryfallus etenim, estò conspicua, conteritur iactura adamas verò nitidè solidus, perferat in ictu. Quo ingenio habere poterit fabrica cementariorum adamantis duritiam; dum agnoscat in luto insitam fragilitatem? Virtutem sacri cruoris Agni immaculati signat; & illius, qui omnipotentiam maxime miserando manifestat. Sanguine vitrum solidatur tanquam aurum. Indurefcit in fuscum fragile lutum. Prius cryfallus cæspitabat in lapide fragilis homo: & iam soliditas tribuitur aptè cryfallo; quia fuscis humana fragilitas sanguine Christi solidatur ut adamas. Cur ita dices? Respondet Propheta. In manu eius. De quo Nos Tautolog. 4. Didasc. 5. num. 9.

13 Non vulgaris fabrica construenda in Civitate nova. Qui fundavit terram super stabilitatem aquæ, instauraturus erat hominem super stabilitatem terræ. Haud in Tabernaculo labrum aneum esset mirificum, ni fieret ex speculis mulierum: siquidem fortitudo aris relucebat in speculo fragili carnis. Rubus ardet, fed non comburitur. Quomodo in tam fragili ligno ignis natura subsistit sine conditioe? Mutatio dexterae Excelli. Visio magna est: & mirum non est, ni constantia prætare in ipsa fragilitate. Iam homo non est homo. Intuitus sum & non erat homo, dixit vaticinans Ieremias. Quomodo non, si non ignorant, quoniam homines sunt? Sciunt, fed uti Pryges malo, & serò sapiunt. Sciunt homines, esse imbecilles, lutea vasa portantes: fed iurè aboletur ab hominibus natura hominis, dummodò negatur conditio fragilitatis.

14 Cælum novum, & terram novam ostendit Angelus ecclastico Ioanni. Singularitatem novitatis in caelo, vidimus Didasc. 1. num. 3. Modò examinanda novitas terræ. Eritne huiusmodi novitas in Virgine-Matre? Novum fecit Dominus super terram: igitur circumbandit illam ambitiosè flores rosarum, cum prius laboraret onere tribulorum. Iam enim colligitur de spinis uva; siquidem de peccatoribus sine peccato concepta. De tribulis ficus: etenim nacta ex primo instanti gratiæ dulcedinem, ex radice germinante amaritudinem. Haud miraculum spectabile, quòd flos ex floribus, fed quòd flos ex sentibus. Signum proculdubio mirabile, tanta pulchritudo ex venenata radice. Ex fructu cognoscitur: siquidem hæc est, de qua natus est Iesus. Fusè hoc Tautolog. 3. Didasc. 12. Nonne in terra terra nova; ubi à primo conce-

ptionis instanti germinavit tanta gratia?

15 De dedititij generis propagine, transgressione originali corrupta, dicitur Terra nova. Ergo prior terra vetus, quæ accepit à colubro vulnus. Cur ergo si reparanda, quasi monstri horribilis inuritur nota: Quia reparanda. In malis utique tabescebat: & mala recoluntur in terra prima; ut quanta sit modò celsitudo gloriæ cogitetur ex forte abiectionis ignominia: etenim haud transformata fuit à claritate in claritatem, fed de tenebris in admirabile lumen. Ni velis, terram vocari primam sentibus noxae, & novam floribus gratiæ: nec prius dici à Ioanne brimam, quam gratia novam; quoniam dedecus non detegendum ut pateat oculis, fed ut detergarur medicinis. Ad quid igitur hominibus noticia vulneris, si abusuisset præstantissimi medicaminis? Trahet hoc charitas Auctoris deorsum, quamvis sit in caelo fursum.

16 Ampliore sacramento foeta sententia. Intende. Terra nova. Quanam novitas relucet in terra? Terra prima labilis; reparata Agni sanguine, fortis: nec novam dici miris; cum nihil remanserit pristina fragilitatis. Princeps, ut leni manu medeatur, & illi patiens de dolore grattetur, debet curam agere salutis, & potius honestæ cicatricis. Non ita Deus & sanæ cicatricem & vulnus. Dominus, novus uti celestis, medicus. Ideo dicit: Ego Dominus sanctorum tuorum. Cicatrix inlicitè ostenditur nota vulneris: & terra dicitur nova favore restauratoris; quia estò transgressions vulnus populerit usquequaque pro signo fragilitatem; medicus perficiat oculos oculi non invenient ex vulnere cicatricem. Terra nova. Scriem nota verborum. Videt terram novam. Prima terra abijt. Estò. Si terra prima abijt, revelabitur secunda, non autem nova: etenim prima non nova, nec veteri refertur secunda: verumenimverò nova dicitur terra in statu reparatoris; quippe in illa non videbitur nec vestigium vetustitatis.

17 Astruit Dominus per Evangelicum Propheten medicinæ huiusce singularis novitatem. Ecce enim (inquit) ego creo caelos novos, & terram novam. Post hexameron, nihil utique factum. Cur igitur promittuntur post longa sæcula caeli novi, & terra nova? An quia renovanda, ut vidimus in Exposit. liter. num. 19. & 23. Videtur quod non: etenim iuxta D. Thom. 1. p. q. 45. art. 2. ad 2. creatio non est mutatio propriæ & recte, quæ necessarò involvitur in renovatione. Quare ergo ut creanda signantur, quæ immutanda proponuntur? An quia sicut creatio ex nihilo, sic & redemptio propria nimiam charitatem; cum nullum in terra reperiret meritum, ut erigeret

Etiamsi  
no lapsus  
& arduus

Ibid.

Dedecus  
nisi ad de-  
tergendis  
non de-  
regendis.

Insigne  
Dei ut  
medici.

Exod. 15. 26.

Apoc.  
ubi lup.  
Cur terra  
non dicitur  
secunda, sed  
novas

Itai. 65. 17.

D. Th.

ho.

Idem.

hominem? Sanè. *Creatio*, ex nihilo quantumlibet sit, potest præsupponere (ut idem Angelicus Magister allicit ibid. art. 1. ad 1.) materiam in qua, non tamen materiam ex qua. Terra isthac significabat hominem, qui lapu spinarum mucronibus plenus, fructibus apparebat coram Principe vacuus. Omnis populus gemens dolebat successivis malis, quia terra rationalis facta fuerat gratis vilis. Hac nota reparanda, ac in pristinum venustatis statum mirificè restituenda. Factum est. Iam terra nova: & quæ solummodò renovata, creata dicitur, ubi nihil præsupponitur; quia ita fulget pulchritudine restorationis, quasi nihil prius habuisset deformitatis. Ipsa est, & non ipsa. Eadem est, ex qua nova; & pro qua Agnus effudit pretiosum sanguinem, ut in pristinam rediret renovata pulchritudinem: creataque dicitur; quoniam Agnus sic dilexit, & instauravit sic, quasi materia non fuisset materia ex qua.

Quo pacto non ipse & non ipse

Apoc. ubi ing.

Terra non va cur- va hu- manum.

Homo non vult cur?

Genes. i. 22.

Genes. 28. 16.

Descensu Dei ascendit homo.

ascendit in cælum. In cælum? Utrique: quid stupes? In lectulo lapidum, in grabato rudem iacebat mortalis misere, quando Dominus inerat in cacumine scalæ. Ascendit homo? Ergo Dominus est in loco isto, descendens à summo cælo: siquidem homo nullatenus ascenderet per scalam, nisi Dominus descendisset restaurator in terram. Alio acumine licet huic proposito videris *Tautolog.* 4. *Didasc.* 2. Clarius ergo. Angeli ascendunt, & descendunt. Rupertus hic, & Cornel. Alapide, ex Zenone Veronensi asserunt, Angelos descendere, & homines ascendere. Qua conditione Angeli & homines simul? Vel quomodo homines, dum vidit Iacob ascendentes Angelos & descendentes? Bene cuncta. Angelus non ascensus descendit in ruina infra: homo supplantatione descendit ascensus supra. Quando? Cum Dominus descenderet de cælo, & esset in loco ubi iacebat homo: quoniam illius cum potestate maiestas ex hominibus terreis implevit ruinas.

Rupert. Zenon. Veron. Alapide.

Collocatur ubi sedebat Angelus.

Cur non describitur in Genesi ruina dñ gloriam?

20 Angelus semel conversus, semper est conversus, estò perversus: & homo reparatio dicitur angelus; quia machina vitrea descensu Domini refulsit aurea. Non legimus descendentes per scalam scandere, vel ascendentes descendere. Quare? Incarnatio Verbi fuit offendiculum desertorum, & fulcrum astimabile mortalium. Lucifer sindebat ut vitrum, nec ultra, exaltavit caput. Homo verò qui terra & vitrea, exaltatur super æthera. Meritò Iacob miraris. Nescis Dominum adesse; & stupes hominem, qui penè ab origine descenderat, ascendisse. Duo debitores erant sœneratori Deo: non habentibus illis unde redderet, donavit utrique? Non: exaltavit humiles, ubi deposuit de sede potentes. Homo scandit: diligit igitur Redemptorem, qui exsolvit, quæ minime rapuit. Haud rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, quod fecit Angelus, & etiam homo; cuius malum exponitur, quia integritas restauratur: Angeli verò vulnus comprimitur à dolore; quia vulnus immedicabile.

DIDASCALIA XI.

Sapientia non est in literis.

ITA subscribit Seneca *Epist.* 38. Dixi meditantibus subscribitis, quippe in eodem sensu, & eodem intuitu Paulus protulerat: *Inspiciens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Hoccine opprobrium ethnicis Philosophis obijcit Doctor Gentium: igitur non ot sunt sapientes, quod sapientia professores. Aliud est sapienter lo-

Senec.

Rom. i. 22.

Non sunt sapientes sapientie professores.

Laerta.

Senec.

Ovven.

Herm.

Hug.

Studium.

Petr.

Senec.

Psalm.

77-72.

Tureile.

Aut sine operatio-

ne eva-

nescit.

S. Ben.

Eccli. 6.

21.

Sapientia non pro-

batur co-

gnitatio-

nibus, sed

operibus.

qui, & aliud sapienter vivere. *Mortalium unus Socrates verè sapit*: dixit Apollo, ut refert Laërtius in *Socrate*. Haudquaquam (arbitror) quia sciebat, nihil scire; sed quia, ut observat Seneca *Epist.* 71. *Totam Philosophiam revocavit ad mores.* Quapropter verè canit Ovven. *lib. 2.*

— Pallas cum sit Sapientia, nulli Nubere vult homini. Cur? quia nemo sapit. Quid non sapit? Dicit Hermannus Hugo in *Piis Anima desiderijs, lib. 3. Suspir.* 8. *Tunc ego qua melius nescirem; discere cepi.*

Primum erat sortem plangere posse dolor. Studet homo scholæ, nequaquam vitæ. Latrunculis luditur, in supervacuis subtilitas teritur. Solebat dicere Fabianus (inquit Stoicus de *Brevit. Vita* cap. 10.) *non ex his catbedra-rijs Philosophis* (qui sunt, vide apud Franciscum Petrarcham *lib. 1. de Remed. utriusque fortuna, Dialog. 12.*) *sed ex veris & antiquis contra affectus impetu, non subtilitate pugnantium, nec minutis vulneribus, sed incursu avertendam aciem.* Aliter incertum scire, & stolidum; quia huiusmodi sapientia, utpote humana, stulticia est apud Deum. Traditi sunt in reprobum sensum; & amplius deridentur, quod sapienter dirigunt. Non Philosophorum scientia imitanda, sed ut amentia singularis fugienda: etenim in singulari florebat specialis stulticia. Vide illorum fastidia ludicra, & deliria flagitiosa apud Diogenem Laërtium.

2. Facere docet sapientia, non dicere. Minimè à Plalmista intellectus datur linguæ: *In intellectibus manuum, ait: non linguæ, quæ loquitur; sed manui creditur, quæ cogitata operatur*: igitur intellectus bonus omnibus facientibus eum, & qui non bonus, nullo modo signabitur intellectus: quippe exiit pretiofæ facultatis muneribus, ubi intellectus caret operationibus. Altruit S. Patriarcha N. *Regul. Sancti*, cap. 64. *Sapientia doctrina eligatur, qui ordinandus est.* Nullatenus dicit, *sapientia doctrina, sed doctrina sapientia, sequens Scripturæ stylum, siquidem Eccli. 6. dicitur: Sapientia doctrina secundum nomen est eius, & non est multis manifesta.* Doctrina sapientia est sapere ad scholam: Sapientia doctrina, studium ad vitam. Primum loqui, secundum facere: & non est sapientia in doctrina sapientia, sed in sapientia doctrina: quippe vera sapientia non comprobatur vacuis cogitationibus, sed plenissimis operibus. Ideo. *Eccli.* dicitur: *Non est multis manifesta, cogitant multi in subtilitatibus esse; quod non est sapere, sed delirare*: siquidem avidè sequuntur stultitiam, in quo cogitant apprehendisse sapientiam. Sed de hoc fusc *tom. 5.*

Tom. I. Taut.

*Tautolog.* 9. ad illud 1. *Reg.* 28. v. 1. *Sciens nunc scito.*

3. Indicant etiam vel Ethnici. Seneca *Senec. Epist.* 20. veram sapientiam declarat per officia, non per verba. *Maximum* (altruit) hoc est officium sapientia & indicium, ut verbis opera concordant. Modò dissentiat vocibus vita, relabatur in stultitiam sapientia: etenim quæ dicuntur vocibus; contradicunt operibus: & stulti facti sunt, non à stulticia, sed à sapientia; quia insipientes in protectione boni, & maxime perificaces in cognitione veri. Consule Div. Augustinum *Tract.* 45. in *Joann.* de fatua sapientia Antiquorum: siquidem modò de alia sapientia stoliditate conficitur sermo.

Senec.

Quo pacto sapienter insipientes sunt?

August.

Pier.

Lilium sapientie symbol.

Horat.

4. Lilio confertur Sapientia. Adi Pierium *Pier. Valerian. Hieroglyph. Aegyptior.* lib. 55. cap. 10. De quo flore Plinius *lib. 21. cap. 5.* Nulli sapientia celsitas maior: ac de Sapientia Horatius *lib. 1. Carm.*

Unde nil maius generatur ipso, Nec viget quidquam simile aut secundum, Proximos illi tamen occupavit Pallas honores.

Verum sapientia sine prudentia, quid? Ut liliam languido colla (subdit Plinius ubi sup.) & non sufficiente capitis oneri: quippe sola sapientia, quæ fulget in literis; onus est capitis. Quid interit, potissimè inter vulpes caput formosum, dum abest cerebrum? Ex cerebro lovis nata fingitur Minerva, cuius ortus plauditur aurea pluvia: ut refertur Vincentius Chartarius de *Imag. Deor.* fol. 240.

Plin.

Sola sapientia generavit capitis.

Chart.

Claud. Natal.

Com. Giral.

Sine prudentia.

Claudianus de *Laud. Silii.* 3. Natal. Comes *lib. 4. Mytholog. cap. 6.* & Lil. Giral. *Syntagm.* 11. Minerva iniligne luget sapientie, cerebrum autem est sedes iudicij: atque oritur ex cerebro lovis genitoris pulchra Minerva; quia sine cerebro sapientia fatua.

5. Imbrem verum, & aureum scientia ambire docet Paulus, dum instruit corda in omnes divitias plenitudinis intellectus. Divitia sanequam lunt: etenim si quæ extra fortunæ aleam, verè sunt opes; ideo apud Stoicos sapienti unice dives. Verum quam intellectus plenitudo, ut fruatur divitijs plenissimi intellectus pauperrimus homo? An Theauri literarum, & facultatum? Non. Constituitur quidem intellectus perfectio, seu plenitudo ex discursu & ex iudicio: ex sapientia & prudentia: ex ratiocinatione & ex phronesi: ac prudentiam vocat Paulus intellectus plenitudinem; quia scientia sine synderesi intellectus indicat vacuitatem. Abest in sapiente intellectus; si abest intellectus plenitudo: patet nullius momenti procul iudicio, siquidem cerebro vacuo: & ubi cogitantur thesauri plenissimi literarum, apparet in dedecus vacui-

Colos.

2. 2.

Vacuis sine prudentia melle.

tas

tas cogitationum. Erit utique pulchra ignorantia, suavis amentia, mens sine mente, ubi caret intellectus synderesi plenitudine. Fatua eadem intelligentia vocatur ab Orozio Emblem. lib. 1. Diminutum numisma. Aptè: haud scientia tolerabilis sine pondere. Moneta isthæc aurea signatur & cuditur literis: quantitate & qualitatem ad usum præstat phronesis: & meritò despicitur nummus estò resplendens; quia in sterera rationis in ventus est minus habens.

6 In exterminium regni, & regis Baltaris, luxui & genio albis visceribus indulgentis (nec mirum, corona impellit, sed excidij frequens signum, ubi regis agitur vita per luum) apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis. Huiusmodi scriptura finem regni portendebat. Sed quo pacto? Perpende: *Mane, Thecel, Phares*, Moneta signata literis Chaldaicis numeratur in regem, & Baltar elevatur in principem. Vulgaris sententia: pecunia utique obediunt omnia. In throno synderesi florere debet, sicut & literis, quæ commendabile facerent pondere diadema regis. Rex sane in trutina Nemesis appensus, inventum est gravitatis habens numisma minus: & expellitur è throno deplolo diadema; quia carebat in regno debito pondere. Moneta dicitur ex eo quod sigilli aut literarum impressione auctoris, vel pretij moueat: & absque prudentia scientiæ auræ reprobatur numisma; quoniam quantumvis auctor literis effulguret floridus, sine prudentiæ pondere, moneta pretij nullius. Probata moneta custoditur & avidè; ceterum rotat, quæ renidet sine pondere.

7 Corruit Lucifer, quia non ignifer. Quomodo cecidisti? Audiatur Plinius de superbia hominis, lib. 2. cap. 7. & lib. 7. cap. 7. quæ verba propria demonis: siquidem despectus supplantans naturam humanam, arbitratur se vicisse fortunam. Tu qui viribus fidis, tu qui fortune munera amplexaris, & te ne aluum quidem eius existimas, sed partum, tu cuius semper in victoria mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti? Quomodo cecidisti? Cherub extentus eras, & cecidisti; quia scienter trita ignorabas. Cherub, Hebraicè, idest, Pulcher, Doctor, vel plenitudo scientiæ. Ad scientiam confugit superbus, & corruit scientiæ Doctor illiteratus: siquidem Cherub extensione, ceterum sine scientiæ plenitudine. Ex sapientia & prudentia constat numismatis pretium, & literis tantum inventum est diminutum. Signaculum similitudinis inerat, sed plenitudo scientiæ deficiebat: & cum pondus sanctuarij æstimetur & literæ; nihil habetur signacu-

lum sine pondere. Cecidit Lucifer: ita hominum tantum literis inflatus: quippe parum erat se qui casus originem, nisi etiam tumidè sequeretur auctorem. Vigilantius vernaculè. Quien con solo las letras llega a lucir, fuele ser un Lucifer.

8 Nec se sui puduit proiectus paracha-racta: in paradiso demum permutavit numisma, pariens in horto iniquitatem; quia conceperat in celo dolorem. Nec duntaxat diminutum, etiam pravit commentitium: cuius signaculo similitudinis seductus homo, pro summis opibus invenit carbonem, avidè sitiens nummi & numinis imagines. Commentitium dixi, & meritò: siquidem Eritis sicut Dij scientes, liberet audiens, commentum non intellexit: quandoquidem amplio rem scientiam appetens sapiens insipiens, comparatus est iumentis. Cherub in Hebræo idiomate æquivoca vox est: & significat literatum, seu excellentem scientiam; & pulchritudinem, aut picturam. Unde ubi Vulgare Operum plumariorum, legit Hebr. Opere Cherubico. Moneta eiusmodi moneta splendens, fucato quæ fraude renitens: igitur opus obiectum oculis quasi cherubicum, apparet tantum coloribus opus plumarium: quoniam sine mente nil aliud est sapientiæ plenitudo, quam calamus qui à levi rapitur vento.

9 Pretium revelatur auctoris, & literarum, siquidem plumæ projiciuntur in loco cinerum. Prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundunt solent. Non in ara, sed in hara: quæ quidem apta phantasiæ; ut in mentem & doctrinam sanam revocentur scioli; etenim pluma, quæ in saculo nequam elevatur; quia levis, ut arundines è Sanctuario projiciuntur. Erit ne iudicium in fronte accidentibus ad sacra retorto capite? Salomon graphicè in ostijs sculpsit picturam Cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia. Palmam sollicitant imagines Cherubim, & studiosè ambiunt; verum desipiunt: siquidem sibi fingunt & secum Cherubim scientiam; ceterum versus sanctuarium duntaxat vident picturam. Nihil amplius. Totum vox, prætereaque nihil. Phantasia laborat, læditur ratio: & dicitur scientia scientia pictura; quoniam sine prudentia scientia omnino phantastica. Perpende: Sculpsit (ait Scriptura) picturam Cherubim, &c. Pictura coloribus efformatur, sed non sculpiuntur: & consultò dicitur imago sapientiæ picta, quæ sculpta proponitur à sapientiæ; quoniam sine mente indice veritatis, insignia literarum sunt colores & species. Debet præferri literarum plenitudo, & magni habetur imago: quippe scientia crista cerebrosi facti,

Oroz. Diminutum numisma.

Daniel. 5. 25. Sapientes similes nummi.

Sine pondere, nullius pretii.

Isai. 14. 12.

Plin.

Cherub idest Doctor.

Lucifer doctor illiteratus.

Et numisma pictum.

Cherub idest scientia & pictura.

Erod. 26. 1.

Sine mente sapientia, sapientia picta.

Levit. 1. 16.

Cur pluma in loco cinerum?

3. Reg. 6. 32.

Scientia phantastica.

Et imago scientiæ.

facti, dant cor insipiens in similitudinem effulgurantis pictura.

10 Nota. Ubi species palmarum, & Cherubica pictura, cogitatio sculpsit Salomon Anaglypha & valde prominentia. Emblem secundum interpretatur & primum. Anaglypha sunt species variz plantarum, & florum (quod Hispanicè, Follages.) ac diversarum specierum animalium, quæ Noltrates vocant Salvages. Cherubim significant scientiam, seu magisterium: scientia sine synderesi est scientiæ simulachrum: & cum Cherubim pulchra pictura sculpsunt anaglypha; quoniam quandiu literarum floribus & non literis insistantur, in bruta animalia solivaga vel Cherubim convertuntur. Ea de causa apud Ezechielem, modò Cherubim, modò animalia vocantur, quæ in quadriga erant. Discretæ significationes ipsam facultatum magnitudinis significantur: & nobis hieroglyphicis meditantur exponuntur; ut pateat, quantumvis floreat scientia, transformari in animalia.

11 Politicè etiam exprimitur, quod sapere cruditorum lamentum. Inter palmas (peritorum præmia) & Cherubim collocantur & solivaga animalia. Proh dolor! Volavit ne animal, & ascendit super Cherubim? Ascendit, licet non volaverit: ideo anaglypha erant valde prominentia: quia sepe contingit hominem stultum, animal solivagum, palmam, non scientiam apprehendere; & Cherubim præterire. Nostra dialecto vivaciùs. Quæ un Cherubim se dexe, & leve la palma un hombre, que es un salvaje! Pudeat ergo in schola, quod anaglypha prominent. Alij verò per Anaglypha intelligunt capreolos, qui quasi enalcentes ex herbarum crispis folijs gratia ornatus inciduntur; seu tami, qui inter limbos & colliculos volutarum elegantia luxuriant. Utrorumque significatio proposito apta: & quia animal, qui Cherub sine prudentia; & quia fascinant oculos stultorum frondes & folia.

12 Demum. Sculpsit picturam Cherubim. Cur non dicitur, sculpsisse imaginem? Ad imaginem tendit sculptura stylo, aut scalpris, non verò coloribus. Ergo pinxit. Minime. Pictor obumbrat imaginem coloribus futuris, diluit umbris. Ubi Cherubim, scientia: non autem synderesi, ubi bruta animalia: ac in simulachro scientiæ sine synderesi, picturam tantum dicitur sculpsisse: quippe quantum in plenitudine scientiæ homines requirunt scientiam, quæ instruantur; obviant umbræ, quæ terrentur. Sicut terra in cunabulis, ita intellectus imprudens. Vacua & plena erat: vacua luce, plena tenebris. Umbræ intellectus ignorantia & imprudentia: qui qui-

Quid Anaglypha Sapientis pictura.

Ezech. 1. 5 & 10. 15. 10. Imò ignorantia.

Suum adedecus quod animalia prominent in Cherubim.

Umbra est scientiæ tantum sine synderesi.

Genes. 2.

dem ut terra vacua; quia sine prudentia ipsa scientia est stultitia.

13 De Mandragoris in diversis diversa legi. Radix (inquit Ghislerius in Cantis. 7. v. 13.) similitudinem habet hominis absque capite. Ita etiam Dioscorides lib. 2. cap. 71. & Galenus lib. 7. Simpl. Medicam. Rugerius verò Termodont. de Mandrag. cap. 4. (cuius sententiæ favet Pierius Valerianus libr. 58. cap. 38.) caput figuratum assignat, dicens: Raicæ Mandragoræ figurati cadaveris imago: in superiore parte cadaveris humani. Ideo dicitur huiusmodi pomum à Pythagora Antherosomorphon: idest, Semibomo. Quapropter Columella de Cultu Hortor. v. 19. Quamvis semibominis vesano gramini facta Mandragora pariat flores.

Ex Sacris Expositoribus consule Bonfret. Leonard. Marium, Hay. Pererium, & Alapide in Genes. 30. 14. & in Cant. 7. 13.

14 Pulchritudo Mandragoræ celebratur: sed iure ambigitur, quomodo verum, & imago capitis hominis, & similitudo hominis absque capite? Cauta sappetit, quia ratio deficit. Inducantur ergo floridissima litera (idè Mandragora Pomum scriptum dicitur) in eius imagine, didicentes à prudentia coniuge: & cum caput formetur in prudentiæ folium; erit sciuncta, lucidum hominis sine capite caput. Constitutum hominis est proculdubio constitutum capitis. Plenum caput ex vinculo scientiæ & prudentiæ constat: rupto igitur vinculo, tantummodo semicaput: & scientia absque phronesi comparatur Mandragoris; quia in illis figuratur simulachrum semihominis. Ni caput plenum, undeque vacuum. Non est caput, vacuum cerebrum: & homo vecors, est rutilent literæ; optimè in Mandragora præferretur sine capite.

15 Succus, estò pomi spectabilis pulchritudo, patet lethifer. Ecce conditio scientiæ rutilæ sine prudentiæ speciosa directione. Plauduntur speciosæ, celebrantur venular facultatum literæ: verum si prudentia non ambigit, litera occidit. Dignè prorsum plausu, sed referat sunt veneno: siquidem licet intellectus Mandragora pariat flores, constituit tamen sine synderesi amentes. Mirabar aliquando, Principes à Republica literas eliminasse, ut contigit sub Licinio Imperatore, uti refert Aurel. Victor. in Vita Constant. ac sub alijs temporibus: de quo vide Paulum Amilium de Gestis Franc. Baptis. Egnat. Cæl. Rodig. Procop. de Bello Gotic. Marian. Hist. Hisp. Plin. lib. 7. cap. 30. & Ravif. Text. in Offic. lib. 4. cap. 11. Sapientia venterisima est: vel ab ignorantia colitur, & comiter inimica veneratur: nihilominus tamen litera aliquando

Ghisl.

Diosc. Galen. Ruger. Terin. Pier. Valer.

Mandragora conditio Colum.

Mandragora pomum sciuncta. Homo imprudens sine capite.

Semibomo.

Scientia sine phronesi perniciosa.

Cur ab aliquibus doctis, interdum literæ

quando interdiciuntur. Cur ergo cum filios hominum in homines instruant, literas decreta procurant? Cruidum & dirum rationalibus decretum: verum occasione potest esse iustissimum. Quæstiones optimæ sunt in edificationem, sed non in animarum destructionem: quas sapientes relegant quasi pestem; quia virus nullum nocentius in Republicam, quam literæ floridæ conculcantes prudentiam.

Per Mandragoras Philo Carpathius in *Cantic. 7. v. 13.* intelligit Doctores. In Mandragora non est effigies hominis, sed cadaveris. Cadaver hominis foetet. Ita imprudentes Doctores, quorum literæ mortuæ illos insunt, & eeneant: expelluntur igitur, ne Republicæ noceant. Conterantur, conculcentur: eminus removeantur tanquam monstra. Nonne erit monstrum in hominum luce similitudo hominis absque capite? Nonne insolitum femi-homo hominibus, & vivum cadaver in oculis hominum? Phantasma & formido. Erit & non erit homo.

16 Nec quidem fatis ad institutum. Altius est arcanum, quod exponitur, ut scioli sapiant, vel ut respiciant. Super similitudinem figurati hominis absque capite in Mandragoræ tabula apparent hæc literæ: Nil es. Ita refert Rugerus ubi supra. Præstantissima Epigraphæ! Literæ prominent & nihil est homo? An quia Sol sapientia vel intelligentiæ, qui non in operibus lucet, meridie deficit? An quia licet Sol, sine claritate potest dicere, *Nihil sum?* Sed hoc aliàs. In Mandragora reluctant literæ, sed hominis absque capite: at si capite caret, quorsum litera? Caput insigne prudentiæ est, literæ verò sapientiæ: & Nil es, sapientibus dicitur; quia scientiarum cumulus stultitia, quando deficit prudentia.

17 Nota implicatio concordiam. Literæ sunt, & imago femihominis describitur *absque capite*. In capite resident literæ: & literæ defunt, & adsunt, dum apparet simulachrum hominis sine capite? Uti que. Aufugit cerebrum dum literulis insatur facile cranium. Caput vacuum non est caput: vacuum est sine prudentia: & nihil dicuntur literæ, nisi phantasmata; quippequam licet rutilent cruditionis speciosa plenitudine, nulla signantur hominis absque capite. *Mandragoræ dederunt odorem:* dicit Sponia. Quid mirum? Semper suaviter redolent. Si per illam significatur scientia, ubi literæ non lucent? Lucent syndereffi comite, redolent amica mente: ubi verò non, effigies cadaveris; quia literæ tantum sine concordia mentis, sunt sentina padoris: unde quas selegit Sponia, suaviter olent; quia sine capite ut cadaveta foerent. Mandragora ex-

terius pollet eximia pulchritudine: verum in corde habet similitudinem cadaveris absque capite. Patet vivide scientiarum sine prudentiæ Mandragora symbolum. Suavius olet incisum pomum, dat odorem, halat suavitatem: & nihil designantur scientiarum speculative periti, in literulis Mandragoræ: siquidem ubi casu aperitur in theatrum, apparent cadaver foetidum. Adinstar citharæ conformanda concordia. Cithara intellectus est, fides prudentia & scientia: illa chorda gravis, hæc acuta, ex quibus resultat suavior harmonia. Prudentia sine scientia corda remissa, non sonat. Scientia sine prudentia, compressa, quæ omnino dissonat: & risus est, expectare a concordia voluptatem dulcedinis, & ferre musica perturbationem capitis.

18 Quis non videat hos citharizantes in tympanis suis, & gaudentes vocum crepitationibus, & ingentes in lectu (potius in lectum) importunam narrationem? Sine cerebro sunt, sed cerebrosi, insati, capiones ventiosissimi, feminiverbij. Quid? Possim & sine obliquo iudicio, proferre forsân, quod Ovvenus lib. 1. *Epigram. 210.*

*Non ego te quemvis asenti voco, Mome sed illi, Cuius erat seffor Pseudo-propeta Balam. Non illum Solyimã Dominũ qui vexit in urbẽ. Mutus hic & mitis nam fuit; ille loquax.* Obambulant in vanitate desipientes dignitatum celsitudines, quia te obumbrant & sibi & illis celsiores. Nil es. Profecdo nihil, si nihilo caput. Pennis philantia in æquore phantasiæ pietricis monogrammus Minervæ, confurgit stupidus favore staminis (si accedat fortuna, sine boli de mare cogitationum trahat superbia: ) & clavum dirigente voto, & quolibet vento pro voluntatis arbitrio; dedecus reputans officium, recipere ingratum, cum iudicet honorare, non honorari munere; surgit in altum, & lapsu graviore navis supprimitur in profundum. Apparet Irus, qui dudum Crasus erat. O nullo homo? Quis es tu? Similitudo hominis absque capite. Prodigiunt factus es multis, nemo proximior Palladis laureis, Cæropiam habitas Minervæ oraculum, sentis ut Pythagoras, dividis ut Socrates, explicas ut Plato, implicas ut Aristoteles, ut Demosthenes replicas, ut Seneca reflectis, ut Philolaus scrutaris, moves ut Curio, luades ut Cato, loqueris ut Cicero, & denique ter Tullius instruis, destruis, astruis, atrolleris. Quid amplius? Si scientia vanitas; sapientior nullus, siquidem ventiosissimus omnium. Nil es. Mandragora pulcher decor, suavissimus odor, sed insipidus sapor: hæc est apta similitudo. Cum syndereffi vel literula lucent, verum sine mente sine capite desipit.

Sepulchra de-  
altata.

Instru-  
mentum  
disonũ.

Arrogan-  
tia scio-  
li.

Ovven.

Astus  
loquax.

Et se  
bi com-  
mendã.

Dedi

Eccl. 1. 17.

Argutia  
tantum,  
ineptia.

Ubi sci-  
tia stul-  
titiã?

Scientia  
vera,  
pruden-  
tia.

Sap. 4. 8.

Senec.

Terul.

19 *Dedi cor meum* (dixit, qui omnes sapientia præcessit) *ut scirem prudentiam atque doctrinam, errorefque & stultitiam.* Intende. *Dedi cor,* ait: Intellectum utique paraturus, non voluntatem, ut nasciceretur sapientia lauream vidicem; & meditante for aptar, non intellectum; ut consequatur propositum: quia plus multoties proficit cæcæ voluntatis conamen, quàm intellectus cavillationum acumen: siquidem falsitate præditæ argutiæ; non argutiæ, sed ineptiæ.

Recolendum etiam argumentum scientiarum. Cor summittit, ut sciat: at quid? *Prudentiam, atque doctrinam.* Sit: verum addit, *Errorefque, & stultitiam.* Error & stultitia discitur. In schola cordis invenitur huivulmodi Cathedra, quia spinas has & tribulos germinat humana terra. Prudentia & sana doctrina audiuntur in cathedris, ut destruat solium seu cathedra pestibundia fatuæ stultitiæ, & erroris: quare pronum cor dedititium in doctrinam & prudentiam, intendit in errores, & stultitiam? Vide *Tautolog. 4. Didasc. 3. num. 3. & Tautolog. 6. Didasc. 8. num. 8.* Non seunxit Salomon studium & artem; sed unã didicit utriusque moderationem. Secutus est primò prudentiam, & in prudentia consecutus est doctrinam: quoniam nisi scientia intenderit in phronesim; pro literis inveniret stultitiam & errorem.

Ratio liquet. Scientia rationi ministrat principia: prudentia considerat ut contracta; quærit deservit, ut astruat rectum iudicium rerum hic & nunc agendarum: verum cum sine prudentia (literarum anima & forma) cæcutiat anima; pro ostentabundo acumine mentis & indolis, egreditur monstrum, deturpatio rationis. Vide quid & quomodo *Tautolog. 2. Didasc. 1. num. 7.* Quodnam ergo iudicium hominis literati sine iudicio? Nihil est: quia tunc intellectus sine intelligentia, sapientia falsa, absque ratiocinatione crudicio, barda ratiocinatio, scientia & ignorantia, atque commendabilis stulticia. Comendabilis, quia ignorantes æmulantur, dum solidiores sunt: & stulticia, quoniam quous discere possit, magis desipit.

20 Audi dicacissimos sycophantas in cathedra Nemeleos, flammæ argumento convictos. *Ergo erravimus,* dicunt. Quare? Quia *Nos insensati.* Ergo, ilationis est nota: & erraverunt loquentes falsa. Ibi consistuntur errasse, ubi late quærunter incerta? Ibi ubi latius diffultantur præsumpta? Ubi denique tanta discipulus probandi, & operositas studiola suadendi? Rider vel ethnicus Seneca *epist. 88.* Quodnam opus quod sibi non pulchrum (vide Tertulian. de *Anima*, cap. 2. &

Sidon. Apollinar. lib. 4. *Epist. 3.* validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, materia clauum, declinatione contipicuum, propositibus oblitum, disputationibus reteratum, vernantis eloquij flore positum, studicis spatiofum, & etiam cum magna auctoris laude profutum? Et est error? Ergo, conclusio est: quo pacto si scientia demonstrative acquiritur, in cognitione demonstratur error? Legitimum consequens ex antecedente, *No sis insati:* id est, sine syndereffi. Sine prudentia scientia stultitia est: nihil mirum, obcentes stultitiam doctricem; quod insautie sapientes laborentur in errorem.

21 *Nos insensati.* Non tantum sine intellectu, sed sine sentu. *Insensati.* Sine *discursu,* aserit Aponte hic. Ergo, discurtus est: insignitur sine discurtu dicuntur; quia huivulmodi intellectus ut fatuus, errore cognoscit scientiam & stultitiam; & tero scientia recognoscit errorem. Rationem invenies *Didasc. 1. eq. maxime a num. 3.* Quoties delirant in electionibus hi balatrones boantes? (rescitantur argumentum) at cum placida ad placitum minime cadunt; recitant, intonant: *Ergo erravimus.* Ratio fecit, vel auctio; aut fatio: Frustratur scopus; & iur, quia valet animus: contentetque stultitiam, haud agunt insensati penitentiam: imò renitentur pervicaci scientia sine capite, & novissimus error apparet peior priore. *Ergo erravimus:* & insunt? Cur ergo? Quia tocm habent intelligentiæ, sine prudentiæ luce: Lun. en tub n odio, caput sine cerebro.

22 Ad Madianitarum interneccionem sefiguntur trecenti viri, qui circumtinent caltra inermes, & cataphracti. *Dedit ergo Ieroabaal tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.* Tubas vacuum, lampas ostendit sapientiam: & apte iunguntur: quia doctores cum scientia propalam personant, versus famam iurè teridum ora sonant. Sed exponendum illud, *Lagenas vacuas.* Si lampades in medio lagenarum, haud vacuæ lagenæ splendore lampatum, lucentium copia radiorum: quam enim ob causam dum intus rutilant lumine, dicuntur lagenæ vacuæ? Lux, sive lampas significat sapientiam & intellectum: lagena (in qua clauditur) caput hominis, seu iudicium: & non dicit lagenas & lampades in medio lagenarum, sed cum lampadibus *Lagenas vacuas:* siquidem quantumvis caput splendat scientiarum lumine; sine prudentiæ ductu caput inanet. Optime adorsit sunt Madianitarum exterminium plus significationibus, quam stratum gematibus: igitur in Republicam larvata pelli-

Sidon. Apoll.

Sine illa  
cognitio  
sine cog-  
nitione.

Apont.

Errore  
insipientis  
cognoscit  
scientiã,  
& scientia  
errorem

Indic. 7. 16.

Fama  
comes  
sapientia.

Caput  
vacuum  
sine pruden-  
tentiã.

Scientia tantum, virgo facta.

penitentia, cum literarum bracteis capita vacua. Lagenam vacuum implent fulgoribus, sed procedunt vacuae virgines cum lampadibus. Oleo prudentia caret, & dum sapientia florent; ipsifmet splendoribus scientiae sunt sapientes facti stulti. Vide intentè Tautolog. 3. Didasc. 5.

DIDASCALIA XII.

Mali caput superbia & caput malum.

Anach. Erasim.

A Nachatidis Scythæ apophthegma refertur ab Erasmo Roterod. lib. 7. Malorum mater, feclerum fons, vena nequitiz. Unde Iacobus Billius in Antholog. Sacris.

Iacob. Bill.

Criminis est omnis caput, & certissima radix. Iungere se tantum fastus virtutibus audent.

Quid superbia?

Cetera cum fugiant crimina cuncta procedit. Diligit unusquisque similem, sed contra superbus; quia ignis vorax fastosus animus: igitur cæcè devorans, quo fulget; extensiore dominio sese destruit: & modò oppositum destruit, de successivo splendore non curat.

Isai. 10. 7.

Haud in solido stetit superba felicitas. Magna fastigia, quia magna speculatur ruina. Qui in altis habitat, vertiginem patitur; & capite offendit, quia bilis periculo commovetur. Superbia tantum est, quiesce: dixit Isaias ad luda, que laborabat inquieto animo ob Aegyptiorum suppetitas graves; & aptius diros labores. Quare quietendum, ubi specie auxilij prospicitur externum: Promittebat Rex ex fastu, elatus superbia vento: quò plus caput attollitur, eò magis sinciput perturbatur: & non formidandum indicat, sed quietendum: quoniam si elevatur statu superbia; vertigine corruet, & caput allidet.

Isai. 18.

Haud alio intuitu prius vocaverat Cymbalum alarum: igitur dum pennis arrogantia effertur in aëra; cymbalo capitis circumcirca tinnit ruina. De eminentia facta est contentio inter discipulos, & placet Isidoro Clario, quòd excitata fuit arte. Quid intenditur? De pro-ditore locutus est Dominus, verum nesciebant quis esset; unde corda erumpunt in contentionem: Quis eorum videretur esse maior. Et subdit Clarius: Ut aliquo passo deprehendi proditor possit. Ex contentione? Non: in contentione, vel de apparente præstantia, quia sese profert incuriose superbia: & dum ipsi ceperunt quærere inter se, quis esset; facta est contentio inter eos: siquidem proculdubio ille erat proditor, qui volebat esse maior.

Luc. 21. 24.

Id. Clar. Superbia sese prodit. 2. Iecirco S. Patriarcha & legifer Bene-

dictus cap. 4. Regul. Sancti. Instrum. 34. Monacho commendat, Non esse superbum. Id est, esse sine vitio; quoniam casuè proitro fastu, crimina cuncta: & cumulantur omnia, sola superbia. Audi Dorotheum Serm. 2. Frater quidam fuit, qui cum aliqui boni de quopiam quisquam deprecaret, statim resurrebat cum, dicens: Quis est ille? Non est qui momenti sit alicuius, nisi Josias & qui cum eo sunt. Post cepit & hunc contemnere, & nihili pendere, dicens: Nemo est qui quicquam valeat præter divinum Machabarium. Et non multò post ait: Quid est Machabarius? Nullus quisquam est præter Basitium & Gregorium: atque etiam paulò post cepit & hos terrencij facere, dicens: Quid est Basitius? Quid est Gregorius? Nemo quicquam valet, nisi Petrus & Paulus. Cui Ego dixi: certe frater, & hos etiam contemnes. Credite mihi, non mentor, non multò post dicere occupis: Quid est Petrus? Quid est Paulus? Nemo est alicuius momenti, nisi Sancta Trinitas. Postmodum verd & contra Deum ipsum superbie capis, & insolere. Denique ad eum modum adspersus est in perditionis & impietatis barathrum. Huc utque S. Dorotheus.

S. Ben.

Dorothe

Qua insentia?

Nonn. Sterilitas virtutum signa peccatis insensum.

Genes. 2.

Homo mente vacuus, superbia plenus.

Senec.

3. Sterilitatis anima, capitis, mentisque paupertatis indicium, superbia vocatur à Nonnio Orat. 2. de Superb. Proprietatem similitudinis nota. Ubi auri vel argenti fodinae sunt, nec arbuscula nascitur; ubi verò terra vacua metallis, herbis, floribus, & arboribus colitur: atque caput, anima, mensque superba aptè collocantur, & conferuntur cum terra vacua; quippe peripicuum sterilitatis indicium, fastus solummodò viridantium soliorum. Arefecit Dominus ficulneam, quia florabat fastu, sed sine fructu. Vide N. Vener. Bedam tom. 7. Homil. 7. in Quadrag. Quid non promiserat terra videnda sub aquarum voragine, & tenebrarum caligine? Metallis ornata, floribus compta expectabatur, cum congregato aquarum in freta diffunderetur. Ergo quid? Falsa spes: siquidem quo ambitu aquarum quasi florida intumuit; arida & horrida sterilitate apparuit. Euge fastus. Emblemata utique superbientis patefit oculis: siquidem micat spectabile cerebrum, & apparet in solio caput rotundum. Pater in Adam, quò significabat terra. Expectabatur homo insignis, & ita floruit in schola vanitatis: igitur non intellexit, ubi cerebrum in dignitate propter maiestatem evanuit. Hispan. Juxgòse que avia de salis un bombe insigne, y con la dignidad desvaneciose.

O quanta Titan in nihil moles abijt Dicam cum Tragico in Hercule Octavo, Act. 5. v. 1758. Mens uti hominis in munere micare de-

Ar. su. perbia.

2. Reg. 18. 4.

Caput superbi sine cerebro.

Imò acciphalus.

Iuven.

Sueton. Vinc. Chart.

Infania Caligulae.

debebat florida, & apparuit superbia crepita-culis omnino vacua. 4. Abfalomem contemplare lycophantam imperij paterni. Haud sanè feliciter Republica geritur, prope tribunalia dicitabat. Expeditio caustarum obsolevit & graviter, cum iactura iustitiae (qui detrahit regimini, sape ut seducatur, ducitur ambitione) Non est qui audiat constitutus à Rege; si Rex potest dici (Heu!) aridis oculis, qui habenas senio laxat circumspicere regiminis. Rex stans debet mori: qualis nunc modus Reipublicae? Papa. Indices: Hem! Quos ego: sed nostra haud intereet componere. Fax est, quod postulas, fili: sed illudiora tace. Au! Quis me constituit iudicem? Constituerunt; sed in ruinam. Perduellis igitur in patrem & patriam; post tot flagitia, & inaudita scelera, univèrsam Israel, quem subdole congregavit, Marti quasi victimam gregatim exposuit. Hic est iudex, qui resistet omnia? Hæcine iustitia? Hoc est caput spectabile? Abominabile caput. Illud aptavit phantasia, fovit confictum amentia: & dum ventosus præclari capitis gloriabatur præsumptione, apparuit in regimine sine capite. 5. Hebraeorum Aristocrates, Thraconicus prostrum (vide Suidam) fuit Abfalom. Prima fronte species strenuitatis eius omnes egregie fessit: etenim qui fumos vendebat, munus oboli, ut fumus evanuit. Putridum caput aucupatione dextra dignitatis inaurabat. Non Reipublicæ commodum, sed propriam arte exaltationem quærebat; ac sollicitis cordibus efca futili libertatis, mala Hesperidum pollicebatur crepantibus buccis: at dum servatorem auguratur univèrsus populus; in omnium perniciem demonstratur acciphalus. Quid hoc? Rationi inest necessarium deliquit, ubi ambitionis & superbia consortium. Evanescent cogitata, ab elatione picta: & dum sibi fastus arrogat caput egregium; in culmine honoris nec circumspicit cranium. — Vacuumque cerebro Iam pridè caput hoc ventosa cucurbita quarat. Obijcit pro antidoto Iuvenalis Satyr. 14. v. 58. Aperto Marte, sed rudi Minerva, adorsus est Abfalom singularem insaniam. 6. Constat ex Suetonio Tranquil. in Caligula, & Vincentio Chartario de Imag. Deorum, fol. 12. Caligulam ridiculo fastu, præcellentia intuitu (siquidem ut sibi blandiebatur stolidè, nemo dignior in principatus apice) Deorum simulachris, ac consulto Iovis Olympij, aliorumque ademptis capitibus, suum imposuisse, & fastose dicitasse: Imperij machinam modò firmiorem capite optimo, quam Iovis cerebro. Idem somniavit Com-

modus, ut referunt Herod. lib. 1. Hubertus Goltz. & Vinctus Comment. in Tetrafracti. Aufon. Colosso Neronis caput abscedit, sumque uti melius furrogavit. In huiusmodi tragedia primas partes egit personatus Abfalom, Caligula secundas, Commodus tertias. Prodicunt igitur in scenam, & risit theatrum stolidam arrogantiam. Non in confortio patris quasi Caesar, ambit Abfalom habenas Reipublicæ. Unico corpori aptandum unicum caput. Benè: verum haudquaquam consilio (ne unoquoque abundante in suo sensu, decretis decreta obstant) sed ut sanctiones amentiam scriptis proderent: siquidem proprium caput, seu capitulum sine cerebro, sibi videtur unice sufficere toti mundo. 7. Sitivit ardentè principatus regimino, & detruncare Davidem, cuius caput vivæ statua pollebat in regno prudentiore regimine, ac iuxta leges exacta moderatione. Colebatur, & Abfalom oscitabat: adamabatur, & illius adoratione fremebat. Arbitrabatur maieftatis iacturam Davidico cerebro; & splendorem humum capite vacuo. Exultit ac elevavit huiusmodi caput cæca fortuna: ascendit ergo in regale peristroma superbia: atque in stragem oppidò vertitur præcox iuvenilis audacia: igitur vana cogitatione, egregius caput cogitans paternum capite, ut floret amplius regnum; pestis fuit Reipublicæ caput putridum. In contentione capita de regimine venerunt, dum factum est pralium magnum: ceterum nil velulus fugit ab eo, dum magis rutilabat juvenis moderatio. Adhæsit caput eius quercui, illo suspensio inter celum & terram. Aptè. Estilgurabat cranium sine medulla; & pependit inter quercus cucurbita omnino vacua & ventosa. 8. Ut perfectionem hominis inter cætera animalia præsignaret Plato, Caput sphericum ab illo appellatur homo, in Timæo, Sphæra rotunda est: & impoti mentis, capiti infano, vacuo, sine cerebro aptatur ad unguem spherè similitudo: quia hiantibus suffragijs, & peccatorum votis, constare caput in regnum; in ludibrium apparet caput rotundum. Dij quoque ab Antiquis sphaerarum, seu circuli figurabantur imagine. De quo latè Rhenanus in Ludo Senec. de Morte Claudij Imper. Adrian. Iunius, ibid. Vincent. Chartar. ubi supr. & fol. 170. in Neptun. Athanas. Kircher. in Obelisco Pamphil. & Plato ubi supr. quasi Dij haud aliam figuram dederint univèrto, quam habeant. Cum ergo divinas periodos (inquit) opifices Dij proposuissent sibi ad imitationem Universi: figuram que rotunda est, atque circularis, illam in sphaericum corpus illigaverunt. Maximini caligæ efformatur effigies,

Herod. Goltz. Vinct.

Et Com. modi.

Superbia quam late cogitari.

Non habet caput, sed cucurbitam.

2. Reg. 18. 9.

Plato. Homo cur caput sphaericum dicit.

Dij ab ambra-bantur in figura sphaerica Plat.